



---

## El Ars Praedicandi de Alfonso de Alprão Traducción

**Autor(es):** Pulido, Manuel Lázaro; Alonso, José Félix Álvarez

**Publicado por:** Faculdade de Letras da Universidade de Coimbra, Instituto de Estudos Filosóficos

**URL persistente:** URI:<http://hdl.handle.net/10316.2/34109>

**DOI:** DOI:[http://dx.doi.org/10.14195/0872-0851\\_44\\_10](http://dx.doi.org/10.14195/0872-0851_44_10)

**Accessed :** 16-May-2024 14:42:13

---

A navegação consulta e descarregamento dos títulos inseridos nas Bibliotecas Digitais UC Digitalis, UC Pombalina e UC Impactum, pressupõem a aceitação plena e sem reservas dos Termos e Condições de Uso destas Bibliotecas Digitais, disponíveis em <https://digitalis.uc.pt/pt-pt/termos>.

Conforme exposto nos referidos Termos e Condições de Uso, o descarregamento de títulos de acesso restrito requer uma licença válida de autorização devendo o utilizador aceder ao(s) documento(s) a partir de um endereço de IP da instituição detentora da supramencionada licença.

Ao utilizador é apenas permitido o descarregamento para uso pessoal, pelo que o emprego do(s) título(s) descarregado(s) para outro fim, designadamente comercial, carece de autorização do respetivo autor ou editor da obra.

Na medida em que todas as obras da UC Digitalis se encontram protegidas pelo Código do Direito de Autor e Direitos Conexos e demais legislação aplicável, toda a cópia, parcial ou total, deste documento, nos casos em que é legalmente admitida, deverá conter ou fazer-se acompanhar por este aviso.



REVISTA  
**FILOSÓFICA**  
DE  
COIMBRA

vol. 22 - número 44 - outubro 2013

vol. 22 - número 44 - outubro 2013

Fundação Eng. António de Almeida



EL *ARS PRAEDICANDI* DE ALFONSO DE ALPRÃO  
TRADUCCIÓN (2)\*

MANUEL LÁZARO PULIDO\*\*  
JOSÉ FÉLIX ÁLVAREZ ALONSO\*\*\*

**Resumen:** Continuación de la traducción del opúsculo *Ars praedicandi* del franciscano Alfonso de Alprao a partir de la edición de Albert G. Hauf, cuya introducción e inicio de traducción se publicó en el número anterior (vol. 22, pp. 209-281).

**Palabras clave:** *Ars praedicandi*, Alfonso de Alprão, Retórica, filosofía medieval y escolástica

**Abstract:** Second Part of the Spanish translation of the Franciscan Alfonso de Alprão's *Ars praedicandi*, from the edition of Albert G. Hauf. For an introduction and the beginning of the translation see the previous number (vol. 22, pp. 209-281).

**Key-words:** *Ars praedicandi*, Alfonso de Alprão, Rhetoric, Medieval philosophy, Scholasticism

El tratado del que presentamos la traducción es único. La división ha sido motivada por razones de edición. Hasta ahora el opúsculo había reflexionado y expuesto los pormenores referidos a la *Introducción del Tema*, sin duda uno de los aspectos más originales de este arte escrito por Alfonso de Alprão. En el desarrollo de la exposición el autor continúa desgranando esta amplia parte que ocupa casi todo el texto, para terminar de forma breve haciendo referencia a la división y la distinción en la composición de un sermón, dando la impresión de que el lector ya sabe y conoce otros manuales en los que estas partes se exponen con mayor profusión, y de que era la primera parte la que había experimentado más innovaciones en su tiempo.

---

\* Actividade do Projecto de Investigação, *Imago mundi - Filosofia medieval em texto e tradução 1 (IM.FMTT-1) Imago mundi - Medieval Philosophy in Text and Translation (IM.MPTT-1) (PTDC/FIL-FIL/098044/2008)*.

\*\* Investigador do Gabinete de Filosofia Medieval / Instituto de Filosofia da Universidade do Porto (C2008, co-financiado pelo FSE e pelo POPH). *Actividade do Projecto de Investigação, Iberian Scholastic Philosophy at the Crossroads of Western Reason: The Reception of Aristotle and the Transition to Modernity (ISPCWR - Ref.: PTDC/FIL-FIL/109889/2009)*.

\*\*\* Profesor de Latín del Instituto Teológico de Cáceres, Centro afiliado a la Facultad de Teología de la Universidad Pontificia de Salamanca.

**ARS PRAEDICANDI<sup>1</sup> (continuatio)**

[I.4.2] *Sequitur 2<sup>a</sup> species introductionis, quae fit per enthymema*

Sequitur declarare qualiter fit introductio per consequentiam, et fit hoc modo: Sume minorem propositionem introductionis (220 b) factam per syllogismum et infer thema, et faciendo sic formas unam consequentiam ex dicta minore pro antecedente, et thema rhythmicè pro consequente, et concorditer adducto. Exemplum in dicto themate iam assumpto est istud: “Virgo Maria, lux et vita nostra,

Igitur	Sapientissime floruit,	ut	Radicata claritate.
	Abuntantissime genuit		Fecundata ubertate.
	Vigilantissime studuit”.		Agitata caritate”.
	“Decentissime congruit,		Coronetur summitate”.

Hic, si inspexeris, videbis minorem iam aliter formatam in eadem summa et sub aliis verbis, quae minor est antecedens, et ultra ibi thema quo ad principaliorem partem eius quae ponitur pro consequente, et sic e consequentia una brevis et enthymemica.

Modus autem probandi est iste: Primo probabis consequentiam valere, quae non potest probari nisi per maiorem quasi per medium, ut patet cuicumque logico, quoniam si ego vellem consequentiam illam probare, expediret quod ego dicerem: probatur consequentia:

Nam quicumque:	“Sapientissime florent, copiosissime generant, et vigilantissime student,	In capite coronari debent”.
----------------	---	--------------------------------

Et licet ea dicta sunt tota maior in synonymiam prius, et formata alius, quare concluditur quod haec consequens est probanda per unum medium quod est in summam maior aliter dicta, qualiter debes sic dicere: Ista proposita consequentia patet, pro tanto quoniam isti reperiuntur coronari in Sacra Scriptura, scilicet:

<sup>1</sup> Seguimos el texto latino en la edición de Albert G. Hauf presentado en el trabajo ya citado: “El «Ars Praedicandi» de Alfonso d’Alprão, O.F.M. Aportación al estudio de la teoría de la predicación en la Península Ibérica”, en *Archivum Franciscanum Historicum* 72 (1979) 233-329. La edición del opúsculo ocupa las páginas 264-329. Tanto en el texto latino como en la traducción seguimos la división del texto propuesta por el editor. Añadiremos algunas notas en la traducción para clarificar o ayudar a la propia traducción española.

## ARS PRAEDICANDI (continuación)

[I.4.2] *Introducción por entimema*

Continuamos ahora mostrando cómo se hace la introducción por medio de una consecuencia.

Se procede de la siguiente manera: arriba se coloca la proposición menor de la introducción (220 b), hecha por medio de un silogismo, y abajo el tema. Así, a partir de la menor antedicha se forma, de manera rimada, una consecuencia para el antecedente y además, un tema para el consecuente, inducido también de una forma que concuerde. Un ejemplo, dentro del tema ya tratado, es el siguiente: “*La Virgen María, luz y vida nuestra, ...*”

<i>...de forma muy sabia floreció</i>	<i>como</i>	<i>en la claridad arraigada”.</i>
<i>...de forma muy abundante engendró</i>		<i>por la abundancia fecundada”.</i>
<i>...de forma muy vigilante se afaná</i>		<i>por la caridad agitada”.</i>
<i>...de forma muy decente aculumó [sus virtudes]</i>		<i>en la parte más alta coronada”.</i>

Aquí, si se mira con atención, se ve, en una parte, la premisa menor, formada ya de otro modo, con palabras distintas. Esta premisa menor es el antecedente. En la otra parte se ve el tema en el cual una consecuencia, breve y en forma de entimema, funciona como la parte principal que actúa como consecuente.

El modo de probar esto es el siguiente: primero se prueba que es válida la consecuencia, la cual no puede ser comprobada si no es por medio de la mayor, es decir, del término medio –tal como sabe cualquier entendido en lógica–, ya que, si se quisiera demostrar la consecuencia, convendría hacer lo que yo ya he dicho: la consecuencia queda probada porque

Cualquiera que	florece de forma muy sabia	debe de recibir en su cabeza una corona.
	engendra de forma muy abundante	
	se afana de forma muy vigilante	

Es posible colocar todo lo dicho antes de la mayor, construida de distinto modo pero de forma sinonímica, por lo que concluimos que esta consecuencia se tiene que probar a través de un solo término medio que es, en suma, la mayor presentada anteriormente ya en otro lugar. Por ello se debe decir: la consecuencia propuesta queda patente por medio de todos aquellos que, en la Sagrada Escritura, aparecen como merecedores de la corona, a saber:

“Qui	Florent per sapientiam (Prov. 4, 6-9) <sup>2</sup>
	Generant per abundantiam (Prov. 22) <sup>3</sup>
	Student per vigilantiam (Prov. 27, 24) <sup>4</sup> ”.

Et sic probatur consequentia sicut probatur antecedens quo ad qualem sui partem, et tunc proba antecedens quemadmodum si probares minorem in introductione superius facta per syllogismum. Et omnes istae auctoritates quae faciebas ad probationem minoris, faciunt ad probationem istius antecedentis, cum eadem sit sumpta hic et ibi. Et in fine, quando volueris concludere thema, resume totum antecedens cum themate, sicut hic superius affirmatur, et in eisdem verbis, vel similibus. Et hoc de 2<sup>a</sup> specie introductionis quae fit per consequentiam enthymaticam, etcetera.

[1.4.3] *Sequitur tertia species introductionis quae fit per inductionem* (220 v.a.)

Sequitur declarare qualiter fit introductio per inductionem. Quae quidem introductio sic fit: sume triplicem expositionem vel interpretationem principalis partis thematis appropriando illam triplicem expositionem subiecto de quo fit sermo, probando qualiter appropriatur per se vel coniunctum una auctoritate sive originali, et ex illa appropriatione facta infertur thema, per modum consequentis, mediante nota consequentia. Postea proba consequentiam per auctoritates ex quibus sumpsisti interpretationes in expositione, et erit inductio perfecta.

Exemplum in dicto themate: “*In capite eius corona*”. Hic principalior est pars “*corona*”, iuxta quam partem concorditer ad ipsam accipio tres auctoritates. Prima est: *Corona aurea super caput eius expressa signo sanctitatis gloria honoris et opus fortitudinis* (Eccli. 45, 14)<sup>4</sup>. Hic “*corona*” potest exponi seu interpretari pro ornamento virtutum. Secunda auctoritas est ista: *Quasi sponsum decoravit me corona* (Is. 51, 10)<sup>5</sup>. Hic “*corona*” potest interpretari seu exponi per copulationem desponsali facta mente casta et corde pudico. Tertia auctoritas est: *beatus vir qui suffert temptationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae* (Iacobi 1, 12)<sup>6</sup>. Hic “*corona*” potest interpretari praemium aeternum, sive gloria praemiationis. Ecce quomodo habetur triplicem expositionem istius vocabuli “*corona*”, quod est principalior pars thematis.

<sup>1</sup> Prv 4,6-9: “ne dimittas eam et custodiet de dilige eam et servabit te <sup>7</sup>principium sapientiae posside sapientiam et in omni possessione tua adquire prudentiam <sup>8</sup>arripe illam et exaltabit te glorificaberis ab ea cum eam fueris amplexatus <sup>9</sup>dabit capiti tuo augmenta gratiarum et corona inclita proteget te”. Cf. *Biblia Sacra. Iuxta vulgatam versionem*, 4<sup>a</sup> ed. rev. Deutsche Bibelgesellschaft, Stuttgart 1994.

<sup>2</sup> Como señala Albert G. Hauf: “Pese a que ambos Mss. coinciden en esta lectura, creo que se trata de una confusión de los copistas que leyeron XXII por XVII. En realidad la autoridad citada más arriba es Prov. 17, 6” (p. 299). Estas autoridades citadas aparecen en [1.4.1.3.]. Prv 17,6: “corona senum filii liliorum et gloria filiorum patres sui”.

<sup>3</sup> Prv 27,24: “non enim habebis iugiter potestatem sed corona tribuetur in generatione generationum”.

<sup>4</sup> Sir 45,14: “coronam auream supra mitram Rius expressam signo sanctitatis gloria honoris et opus virtutis desideria oculorum ornata”.

<sup>5</sup> Como señala Albert G. Hauf: “También aquí se cambia deliberadamente el texto de la Vulgata: *Quasi sponsum decoratum corona...*” (p. 301). No obstante la cita es de Is 61,10, es una errata en el texto impreso, como se puede ver en la continuación: “...quasi sponsum decoratum corona et quasi sponsum ornatam monilibus suis”.

<sup>6</sup> Iac 1,12: “beatus vir qui suffert temptationem quia cum probatus fuerit accipiet coronam vitae quam repromisit Deus diligentibus se”.

Los que	Florece por la sabiduría (Prv 4, 6-9) <sup>1</sup>
	Engendran por la abundancia (Prv 22)
	Los que se afanan por la vigilancia (Prv 27, 24)

Así se prueba la consecuencia, del mismo modo que se hace con el antecedente en cada una de sus partes. Se procede entonces a probar el antecedente de la misma manera que hacíamos con la menor que aparece en la introducción por silogismo hecha más arriba. Todas aquellas autoridades que se usaban para la comprobación de la menor sirven como prueba para este antecedente, ya que estas mismas pueden ser asumidas tanto aquí como allí. Al final, cuando se quiera concluir el tema, se resume todo el antecedente con el propio tema, como se ha dicho más arriba, utilizando las mismas palabras o parecidas. Esto es lo que había que decir acerca del segundo tipo de introducción, que se lleva a cabo por medio de una consecuencia entimemática.

[I.4.3] *Introducción por inducción* (220 v.a.)

A continuación se explica cómo se hace la introducción por inducción.

Se procede de la siguiente manera: se elige una triple exposición o interpretación de la parte principal del tema, adaptando esa triple exposición al sujeto sobre el cual se hace el sermón y probando que ésta se aplica por sí misma. A partir de esta aproximación que se ha hecho, se infiere el tema, a modo de consecuente, mediante la consecuencia ya conocida. Después de esto se prueba la consecuencia utilizando las autoridades de las cuales extrajiste las interpretaciones de la exposición. De este modo obtendrás una inducción perfecta.

Tomemos un ejemplo del tema ya utilizado: “*En su cabeza una corona*”. Aquí la parte principal es “*corona*”. Juntamente con esta parte, se toman tres autoridades que tengan que ver con ella. La primera autoridad es: “*la dorada corona sobre su cabeza, grabada con el signo de su santidad, gloria de su honor y obra de su fortaleza*” (Sir 45, 14). Aquí “*corona*” puede ser expuesta o interpretada como el adorno de las virtudes. La segunda autoridad es esta: “*Como a un esposo me adornó con la corona*” (Is 51, 10). Aquí “*corona*” puede ser presentada o interpretada por la unión que se realiza en unos esponsales hechos con una mente casta y un corazón decoroso. La tercera autoridad: “*Feliz el hombre que soporta la tentación, ya que cuando sea probado, recibirá la corona de la vida.*” (Iac 1,12). Aquí “*corona*” puede ser interpretada como premio eterno, como gloria de quién premia. He aquí de qué modo se consigue una triple exposición de la palabra “*corona*”, que es la parte principal del tema.

<sup>1</sup> N. T. En el texto latino mantenemos la abreviatura del libro bíblico que aparece en la edición de Albert G. Hauf. En la traducción española las abreviaturas de la edición de la Vulgata que seguimos.

Nunc, appropriando Virgini istas expositiones, erunt medium per quod thema Virgini conveniat per modum consequentiae; et probatio consequentiae fiet per reductionem illarum auctoritatem ex quibus assumptae fuerint interpretationes vel expositiones praedictae, ut si diceres sic rhythmice: “Virgo gloriosa extitit

In	Numeris virtutibus speciosissime adornata	congrue, igitur:
	Castissimis amplexibus pudicissime desponsata	
	Praemiorum muneribus copiosissime praemiata	
	“Sacris eruditionibus dicitur in capite coronata”.	

Ista consequentia patet pro tanto quoniam corona significat:

“Virtutum ornamen (sic)	mentum	(Eccli. 45, 14)
Copulationis firma		(Is. 61, 10)
Gloriaeque praesta		(Iacobi, 1, 12)

Postquam probaveris consequentiam, revertere ad probationem antecedentis, et proba eum, si vis vel poteris, uno originali. Et si non vis, vel non poteris probare, quamlibet partem proba per se, ut materia requaerit, per auctoritates et per originalia. Amplia si vis ampliare, abbrevia si vis, secundum regulas superius datas et exempla, etc. (220 v.b)

[1.4.4] *Sequitur de quarta specie introductionis, quae fit per exemplum*

Sequitur nunc quarta species introductionis, quae fit per exemplum. Et fit per illum modum per quem arguimus in logica, sicut se habet rector navis ad navem, etc. Sume exemplum in themate praedicto:

“In capite eius corona”, sic dicendo:

“Regna caelestia  
multipliciter simulantur  
terrenis, per insignia  
quae regnantibus donantur.

Sed hic

Regina pro honore  
diademate aptatur,  
igitur ibi, pro decore,  
Regina Caeli coronatur”.

In isto modo introducendi sunt duo probanda in antecedente: primum est similitudo aliqualis inter regnum caelorum et terrenum, pro quo poteris habere auctoritatem ibi: *Simile est regnum caelorum homini regi*<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> Mt 22,2: “simile Factum est regnum caelorum homini regi fecit nupcias filio suo”.



Ahora, si se aplican estas exposiciones a la Virgen, se cuenta con un medio por el que el tema se ajusta a esta a modo de consecuencia. La prueba de esta consecuencia se lleva a cabo por la reducción de las autoridades a partir de las interpretaciones y las exposiciones que ya fueron asumidas y de las que ya hemos hablado, tal como si dijeras, rimando, lo siguiente: “*Así pues, la gloriosa Virgen tuvo una vida,...*”

<i>Según convenía</i>	<i>...con numerosas virtudes muy hermosamente adornada</i>
	<i>...con abrazos castísimos muy pudorosamente desposada</i>
	<i>...con el regalo de los dones muy abundantemente premiada</i>
	<i>...tal como dicen, con sagrados conocimientos en la cabeza coronada”.</i>

Por tanto, esta consecuencia queda patente por medio de lo que significa “*corona*”:

<i>“Ornamento de las virtudes”</i>	(Sir 45, 14)
<i>“Firmamento de la unión”</i>	(Is 61,10)
<i>“Emolumento de la gloria”</i>	(Iac 1,12)

Después de que se haya probado la consecuencia, se vuelve a la demostración del antecedente, el cual se puede probar, si se quiere o se puede, por medio de un único original. Si esto no se quiere o no es posible, entonces se prueba cualquiera de las partes por sí misma – tal como lo requiera la materia – por medio de autoridades o de originales. Se procede entonces a ampliar si se quiere ampliar o a abreviar si se desca abreviar, según las reglas dadas más arriba y según los ejemplos (220 v.b).

#### [I.4.4] *Introducción por medio de un ejemplo*

Continuamos ahora tratando el cuarto tipo de introducción, la que se realiza con un ejemplo. Utilizamos el mismo método que nos sirve para argumentar en la lógica, el cual se asemeja al modo en que el piloto de un navío está al mando del mismo. Tomemos un ejemplo relacionado con el tema que estamos tratando:

*“En su cabeza una corona”,* diciendo así:

*“Los reinos celestiales  
de muchas maneras se parecen  
por cosas singulares a los terrenales.  
Aquí la Reina se ciñe  
la diadema por honor;  
Allí, es la Reina del Cielo  
coronada por su esplendor”*

En este modo de introducir, hay que probar dos cosas en el antecedente: la primera es cualquier similitud que pueda haber entre el reino de los cielos y de la tierra, para lo cual se puede utilizar la siguiente autoridad: *Similar es el reino de los cielos al reino de los hombres.*

Et per Dionysium, *De Angelica Hierarchia*<sup>1</sup>, qui per ordinem ministracionum diversorum, vel regum temporalium distinctionem, angelorum ordinum declaravit; et in multis locis Sacrae Scripturae.

Secundo, debes probare quod regentes sive regnantes et reginae in hoc saeculo coronantur diademate, de quo satis habes in Sacra Scriptura et in historiis multis. Et tunc deduc quod Beata Virgo Maria in sua Assumptione fuit assumpta ut esset regina caelestis, ergo erat in capite coronanda, quod fuit thema, etc.

[1.4.5] *De quinta specie introductionis, quae fit per originale*

Sequitur quinta species introductionis per originale, quae sic fit: Primo, inspicias bene quid vis affirmare de subiecto de quo est sermo. Secundo, quaeras verbum originale per quod, quasi per medium, possis concludere iuxta intentum illud quod vis de subiecto.

Exemplum in themate praesumpto, scilicet: “*In capite eius corona*”. Tota intentio sumentis istud thema est ostendere qualiter Virgo Maria est merito coronanda, vel merito est in sua Assumptione coronata. Et ideo si quis vult introducere thema per originale expedit quod sumat sibi unum originale themae quod denotet in Beatam Virginem tres virtutes vel praerogativas ex quibus merito, secundum Sacram Scripturam (221 a), esset vel est coronanda. Quare, ad concludendum exemplum, sumitur illud originale Anselmi, in *Orationibus*, dicentis: “O Maria! Tu genus humanum aeternitatis gloria nudatum, per tuum virgineum partum in pristinum statum reduxisti. Tu, rege inferni devicto, per mortem Filii tui principem mortis evertisti. Per te ad aeternam gloriam pervenimus. Per te est si quid boni sumus. Tu post Deum summa ac singularis consolatio nostra. Tu felix gloriatio nostra”<sup>2</sup>. Haec ille.

In isto originali, si bene inspexeris, reperies praecipue quatuor praerogativas in Beata Virgine, propter quas et quamlibet illarum merito debet coronari:

<sup>1</sup> El nombre de la obra *De Angelica Hierarchia* del Pseudo-Dionisio, es común desde la tradición medieval en lugar o en convivencia con el nombre *De Caelesti Hierarchia*. Sobre las versiones latinas del *Corpus Dionysiacum* cf. P. Chevallier (ed.), *Dionysiaca: Recueil donnant l'ensemble des traditions latines des ouvrages attribués au Denys de l'Aréopagrite*, 2 vols., Desclée de Brouwer, Bruges 1937-50 (repr. Stuttgart, 1989). Cf. *Corpus Dionysiacum I (DN)*, ed. B. R. Suchla, De Gruyter, Berlin 1990; *Corpus Dionysiacum II (CH, EH, MT, Letters)*, eds. G. Heil and A. M. Ritter, De Gruyter, Berlin 1991.

<sup>2</sup> Esta cita aparece anteriormente en [I.4.1.8] *Sobre cómo ampliar por división alguna parte de la premisa menor*. Ver la nota que aparece allí.

Sobre esto habla en su *De Angelica Hierarchia*, Dionisio quién distinguió, en virtud de sus diferentes servicios, entre los reyes temporales y el orden de los ángeles. De esto se trata en muchos lugares de la Sagrada Escritura.

El segundo asunto que se ha de probar es que los regentes, los reyes y las reinas son coronados en el siglo con una corona. De esto se tiene suficiente material en la Sagrada Escritura y en muchas lecturas. A partir de aquí se deduce que la Santa Virgen María, en su Asunción, fue elevada como reina de los cielos. De ahí que en su cabeza recibiera una corona, lo cual constituye el tema.

#### [I.4.5] *Introducción por medio de un original*

Continuamos tratando el quinto tipo de introducción, es decir, el que se realiza por medio de un original.

Se hace del siguiente modo: primero se mira bien que es lo que quieres afirmar acerca del sujeto sobre el cual trata el sermón. Después se busca un original que suponga un medio por el cual se pueda concluir la intención que se pretende mostrar sobre el sujeto.

Tomemos un ejemplo a partir del tema ya tratado: “*En su cabeza una corona*”. La intención de todo aquel que toma este tema es mostrar que la Virgen María había de ser mercedadamente coronada en su Asunción. Si se quiere por tanto introducir el tema con un original, conviene tomar, a partir de él, un único original que denote en la Virgen María tres virtudes o prerrogativas por motivo de las cuales había de ser mercedadamente coronada según la Sagrada Escritura (221 a). Ahora, para concretar este ejemplo, vamos a tomar el original que aparece en el *Orationibus* de Anselmo, cuando dice: “*¡Oh María! Tú, por medio de tu parto virginal, volviste a conducir al género humano a la gloria de la eternidad, a su estado original. Tú, sometido el rey del infierno, derribaste al príncipe de la muerte por medio de la muerte de tu Hijo. Por ti hemos llegado a la gloria eterna. Si en algo somos buenos es gracias a ti. Después de Dios, tú eres nuestro más grande y único consuelo. Tú eres nuestra feliz glorificación*”. Esto es lo que dijo Anselmo.

En este original, si se fija uno bien, se encuentran principalmente cuatro prerrogativas en la Santa Virgen por motivo de las cuales en general y de cualquiera de ellas en particular, debía de ser mercedadamente coronada:

Primum, est quod extitit:	“Populi revocatrix captivitati suae sentenciati ad libertatem”, cum dicitur: “O Maria!” usque: “reduxisti”. Et talis regitur in Sacra Scriptura coronandus, ut patet de Mardocheo (Esth 8,15) <sup>1</sup> .
Secundum, est quod extitit:	“Diaboli bellatrix denudati persecucitante”, cum dicitur: “Tu rege”, usque: “evertisti”. Et talis debet coronari, ut legitur de David (Par. I 11,3) <sup>2</sup> etc.
Tertium, est quod extitit:	“Saeculi invitatrix tristi ad iocunditatem”, cum dicitur: “Per te ad aeternam”, etc, usque “tu post Deum”. Et talis est merito coronandus, ut patet de Aarone (Eccli. 6) <sup>3</sup> .
Quartum, est quod extitit:	“Saeculi consolatrix desolati ad claritatem”, cum dicitur: “Tu post Deum” usque ad finem. Et talis debet coronari <i>corona gratulationis</i> , ut patet Eccli. 6, 32 <sup>4</sup> .

“Et sic in capite Virgo Beata debuit coronari, eo quod istae praerogativae sibi valent applicari”.

Nota quod ad melius intelligendam istam introductionem quae fit per originale, sic est quod originalia tenent locum minoris, et probationes deductae de Sacra Scriptura tenent locum maioris, et ex hoc videbis, quoniam minor aliquandem est multum brevis, et breviter probata, etc.

[I.4.6] *De sexta specie introductionis, quae fit per auctoritatem philosophorum*

Sequitur sexta species introductionis quae fit per auctoritatem philosophorum, et fit hoc modo: sume quaedam auctoritatem (221 b) Aristotilis, vel alterius philosophi approbati pro maiori, et eam aliquibus persuasionibus probabis. Qua probata, ordinabis sub ea unam minorem cuius subiectum sit illud de quo vis praedicare, et hic applica materiam et concludes thema. Sis tamen memor quod si volueris dilatare materiam sermonis in minori, in eius probationem forma distinctionem, et sic habebis modum prolongandi copiosum.

<sup>1</sup> Est 8,15: “Mardocheus autem de palatio et de conspectu regis egrediens fulgebat vestibus regiis hyacinthinis videlicet et aerinis coronam auream potans capite et amictus pallio serico atque purpureo omnisque civitas exultavit atque latata est”.

<sup>2</sup> I Par 11,3: “venerunt ergo omnes maiores natu Israhel ad regem in Hebron et iniit David cum eis foedus coram Domino unxeruntque eum regem super Israel iuxta sermonem Domini quem locutus est in manu Samuhel”.

<sup>3</sup> Para Albert G. Hauf (p. 306) señala por las referencias a Aaron (que aparece en Sir 45,7) a Sir 45,9: “et circumcinxit illum zonam gloriae induit illum solam gloriae et coronavit illum in vasis virtutis”; o 45,14: “coronam auream supra mitram Rius expressam signo sanctitatis gloria honoris et opus virtutis desideria oculorum ornata”.

<sup>4</sup> Sir 6,32: “stolam gloriae hindúes eam et coronam ratulationis superpones tibi”.

En primer lugar porque “*revocó la sentencia de un pueblo cautivo y lo condujo a la libertad*”: Desde “*Oh María...*” hasta “*estado original*”. También en la Sagrada Escritura todo el que es nombrado rey ha de recibir la corona, tal como pasa con Mardoqueo en Est 8,15.

En segundo lugar porque “*luchó sin descanso y al descubierto contra el diablo*”: Desde “*Tú sometido...*” hasta “*la muerte de tu hijo*”. Una persona así debe de recibir la corona, tal como podemos leer acerca de David en I Par 11, 3.

En tercer lugar porque “*a este triste siglo lo atrajo a la felicidad*”: Desde “*Por ti...*” hasta “*gracias a ti*”. Una persona así ha de recibir mercedamente la corona, tal como pasa con Aarón en Sir 6.

En cuarto lugar porque “*fue el consuelo de este siglo tenebroso al cual condujo a la claridad*”. Desde “*Después de Dios*” hasta el final. Una persona así debe de recibir la *corona de júbilo*, tal como queda patente en Sir 6, 32.

*“Así pues la Santa Virgen debió recibir en su cabeza una corona,  
ya que estas prerrogativas se le pueden aplicar sin problema”*

Hay que caer en la cuenta de que para que la introducción que se hace por un original resulte más fácil de entender, han de aparecer en la premisa menor los originales y en la premisa mayor las pruebas deducidas a partir de la Sagrada Escritura. Por ello, de vez en cuando, se puede ver que la menor es muy breve y puede ser probada también brevemente.

#### [I.4.6] *Introducción por medio de la autoridad de los filósofos*

Continuamos ahora con el sexto tipo de introducción que se hace por medio de la autoridad de los filósofos.

Se procede así: se toma para la mayor cualquier autoridad (221 b) de Aristóteles, o de cualquier otro filósofo reconocido y se prueba por medio de razonamientos. Una vez probada esta, se coloca debajo una premisa menor cuyo sujeto sea aquel del que quiere predicar. Se aplica entonces la materia y se concluye con el tema. Hay que recordar que si se quiere ampliar la materia del sermón en la menor, se puede formar una distinción para probarla. De este modo es posible prolongar ampliamente.

Exemplum in dicto themate: “*In capite eius corona*”. Dicit Aristoteles in *Libris Ethicorum*, quod “honor est praemium virtutis”<sup>1</sup>. Et quod patet, sic suaderi: reverentia decenter alicui facta est propter aliquam bonitatem, sed non propter bonitatem essentialem, quia sicut aequaliter bonitatem essentialem participamus, sic aequaliter essemus honorandi, quod est falsum; ergo propter aliquam bonitatem accidentalem. Sed talis non potest esse nisi virtus, quae de se bona est et malificari non potest; ergo per virtutem quis est honorandus, et sic honor videtur esse propter virtutem et praemium virtutis. Et hoc est de auctoritate philosophi.

Sed cum beata virgo in sua felici vita fuit ornata, etc.

“Virtute	munditiae et limpidi-	tatis.
	amicitiae et cari-	
	sanctimoniae et casti-	
	excellantiae et sublimi-	
	certae notitiae et fideli-	

Ideo, de iure et ratione congruitatis praemium honoris sibi debetur et sublimitatis”.

Probabilis illam distinctionem factam sub virtute auctoritatibus et originalibus, et tunc inferes quod superius est dictum: “Ideo, etc.” Quibus probatis, tunc dic: sed cum inter omnes honores vel honorum insignia imposita corona habeat speciem dotis singularis pro operatoribus virtutum, ut patet ad Thimoteum, 2, 4<sup>o</sup> capitulo, 7: *Bonum cetamen certavi, cursum consumavi*<sup>2</sup>; et ideo decuit:

“Ut Virgo excellentissime praemiaretur,  
et quod honorifice in capite coronaretur”.

Quod fuit thema.

[I.4.7] *De septima species introductionis, quae fit per divisionem*

Sequitur septima species introductionis quae fit per divisionem. Verum circa istam introductionem est notandum quod non ideo dicitur ista introductio per divisionem, quia de necessitate iterum debeat dividi postquam de qualibet parte divisionis fuerit prosequutio facta. Sed dicitur introductio per probationem alicuius processus preambuli praecedentis divisionis, eo quod sermo (221 v.a) immediate incept ad divisionem.

<sup>1</sup> *Ethica ad Nichomachum*, lib. 4, cap. 3, 1123 b 35. Albert G. Hauf señala que “parece una cita de acarreo, procedente de textos escolásticos” (p. 307). La cita aparece así redactada en el florilegio medieval *Auctoritates Aristotelis, Senecae, Boethii, Platonis, Appuleii Africani, Porphyrii et Gilberti Porretani, Sequuntur auctoritates IIII libri Ethicorum Aristotelis*, en J. Hamesse, *Les Auctoritates Aristotelis. Un florilège medieval étude historique et édition critique*, Publications Universitaires – Béatrice-Nauwelaerts, Louvain – Paris 1974, p. 237. Por su parte es distinta la traducción del *Aristoteles latino*: “Virtutis, enim premium, honor”, *Ethica Nichomachea IV*, cap. 3, 15-16, 23b35, *Aristoteles Latinus, XXVI 1-3. Vol. IV: Translatio Roberti Grossetesti Lincolniensis sive ‘Liber Ethicorum’*. B. *Recensio Recognita*, ed. de René A. Gauthier, Brill – Desclée de Brouwer, Leiden – Brussexles 1973, p. 440.

<sup>2</sup> II Tim 4,7: “bonum certamen certavi cursum consummavi fidem servavi”.

Encontramos un ejemplo de esto en el tema que estamos tratando: “*En su cabeza una corona*”. Aristóteles dice en su *Libri Ethicorum* que “*el honor es el premio de la virtud*”. Que esto es así se puede razonar de este modo: una reverencia dirigida a alguien de forma apropiada se hace por causa de alguna bondad, pero no de una bondad esencial, ya que tal como participemos proporcionalmente de una bondad esencial, así también debemos ser proporcionalmente honrados, lo cual es falso. La reverencia se debería por tanto a una bondad accidental. Una bondad tal no puede ser sino la virtud, que es buena por sí misma y no da lugar a maldad alguna. Así pues uno debe ser honrado por causa de la virtud, ya que de este modo el honor se muestra como procedente de ella, como premio de la misma. Esto es lo que había que decir acerca de la autoridad del filósofo.

De este modo, puesto que la Santa Virgen, fue adornada en su feliz vida...

<i>“con la virtud</i>	<i>de la pureza y claridad...</i>
	<i>de la amistad y caridad...</i>
	<i>de la santidad y castidad...</i>
	<i>de la excelencia y sublimidad...</i>
	<i>de cierto conocimiento y fidelidad.</i>

*... por esto mismo, por derecho y proporción, a ella se le debía el premio del honor y de la sublimidad”.*

Se prueba la distinción hecha sobre la virtud con autoridades y originales y se infiere entonces lo que se acaba de decir: “*por esto mismo...*”. Una vez probadas estas cosas, se dice: “*entre todos los honores y distintivos del honor, la corona impuesta ha de tener un tipo de dote singular para los que se esfuerzan por la virtud, tal como se ve en II Tim 4, 7: he combatido el buen combate, he terminado la carrera. Por ello, convenía*

*“que la Virgen fuera muy excelentemente premiada y fuera con honor, en su cabeza coronada”.*

lo cual constituye el tema.

#### [I.4.7] *Introducción por división*

Continuamos con el séptimo tipo de introducción que se hace por medio de una división. Ciertamente, en torno a este tipo hay que saber que no se llama “por división” porque tenga que dividirse de nuevo la introducción continuando cualquiera de las partes de una división hecha ya en el tema. Más bien recibe tal nombre a partir de la prueba que se hace del preámbulo de algún proceso que preceda a la división, ya que el sermón (221 v.a) comienza inmediatamente a partir de ésta.

Ideo datur pro regula quod, cum fit ingressus sermonis per divisionem, non est de necessitate iterato dividere thema, nisi quis voluerit supererogante agere.

Fit igitur ista introductio per istum modum, dando exemplum in themate nostro, scilicet: “*In capite eius corona*”. Resumpto themate, dic sic: Sacra Scriptura volens numerare nobis virtutes et excellentia Beatae Virginis Mariae, nec non et praemium dignitatis sibi concessum, protulit dictum verbum in quo de Virgine praelibata tria implicite denotantur:

Primo: “Puritas, sublimior sublimius admirabilis”.

Secundo: “Sanctitas, expressior expressius honorabilis”.

Tertio: “Dignitas, regalior regalius adornabilis”.

Primum	patet, cum dicitur:	“ <i>in capite</i>
Secundum		<i>eius</i>
Tertium		<i>corona</i> ”

Facta ista divisione, poteris procedere de qualibet parte, servando ordinem vitae Beatae Virginis, scilicet primo ostendendo quomodo habuit puritatem inter omnes sanctos, fuit caput et origo omnis sanctitatis, a qua quasi a fonte, omnes virtutes et perfectiones iustitiae et sanctitatis exemplar emanant. Haec probando originalibus, ex homeliis et dictis sanctorum, et in fine deducendo unam auctoritatem concordantem cum vocabulo sub quo intulisti connotatum. Ut si diceret Beata Virgo de se: *Caput meum plenum est rore* (Cant. 2)<sup>1</sup>, ex Virgine emanant virtutes, quae dicuntur ros eo quod de supernis mittuntur, sicut ex monte rore expresse emanant aquae; exponendo et ipsam ad propositum de “puritate” Virginis.

Consequenter probabis secundum membrum, quod est “sanctitas”, etc. proseguendo ex consequentia, et ostendendo quod non solum Beata Virgo fuit puritas et origo ex qua in nos perfluxerunt virtutes, sed etiam sibi copiosam aggregationem virtutum retinuit, quare adornata dicitur, virtuosa ac possidens virtutes, et ideo dicitur expresse: “*eius*”.

Ista etiam probaberis originalibus et dictis sanctorum, quae in copia haberi possunt, et concludere processum istius secundae partis per istam auctoritatem, vel consimilem: *sapientis oculi in capite eius* (Eccl. 2, 14)<sup>2</sup>. Et exponitur: *oculi* sunt virtutes, quibus mediantibus homo videt Deum: *sapientis* dicitur verus (221 v.b) imitator Virginis; *caput* dicitur Virgo, ut dictum est; *eius* refertur ad fidelem, ita quod est sensus: Virtutes, quibus proficitur sapiens, sunt in capite eius, quod est Virgo.

<sup>1</sup> Ct 5,2: “... quia caput deum plenum est rore et cincinni mei guttis noctium”.

<sup>2</sup> Eccl 2,14: “sapientes oculi in capite eius stultus in tenebris ambulat et didici quod unis utriusque esset interitus”.



Por ello, se puede tomar como regla el que no sea necesario dividir de nuevo el tema cuando se hace la introducción del sermón por medio de una división, a no ser que uno quiera llevar ésta más allá.

Tomando como ejemplo el tema tratado, “*en su cabeza una corona*”, este tipo de introducción se hace del siguiente modo: se retoma el tema diciendo lo siguiente: la Sagrada Escritura, queriendo enumerarnos las virtudes y las excelencias de la Santa Virgen María y también el premio que le fue concedido en virtud de su dignidad, nos presenta estas palabras en las cuales se observan implícitamente tres cosas que se descubren en la Virgen:

Primera: “*una pureza, admirable y más sublime que todo lo sublime.*”

Segunda: “*una santidad, honorable y más sobresaliente que todo lo sobresaliente.*”

Tercera: “*una dignidad, distinguida y más propia de un rey que todo lo que es propio del rey.*”

Lo primero (1)	Queda patente cuando dice	“ <i>en su (2) cabeza (1) una corona (3)</i> ”
Lo segundo (2)		
Lo tercero (3)		

Una vez hecha esta división se puede proceder a partir de cualquiera de las partes, prestando atención al orden de la vida de la Santa Virgen y mostrando en primer lugar que se revistió de pureza entre todos los santos y que fue cabeza y origen de toda santidad, como si fuese una fuente de la cual emana toda virtud, toda consumación de la justicia y todo ejemplo de santidad. Después de probar estas cosas por medio de originales, homilías o palabras de santos, se deduce una única autoridad que concuerde con el vocablo bajo el cual se infirió lo connotado. Es como si la Santa Virgen dijera de sí misma: “*Mi cabeza está cubierta de rocío*” (Ct 2). Las virtudes, que aquí llamamos *rocío* debido a que son enviadas desde lo alto, emanan de la Virgen del mismo modo que de forma expresa las aguas emanan del rocío de los montes.

De forma lógica se prueba entonces el segundo miembro, es decir “*una santidad...*”, partiendo de la consecuencia y mostrando que la Santa Virgen no sólo fue la pureza y el origen a partir de los cuales confluieron hacia nosotros las virtudes, sino que también retuvo para sí un abundante conjunto de ellas. Por ello se la llama “*adornada*”, “*virtuosa*” y “*poseedora de virtudes*”. De ahí que se diga expresamente: “*su (cabeza)*”.

Se prueba entonces este miembro por medio de originales y palabras de santos, de las cuales disponemos en abundancia, y se concluye el proceso de esta segunda parte con la siguiente autoridad o una similar: “*ojos de sabio en su cabeza*” (Ecl 2, 14). Explicamos entonces que los “*ojos*” son las virtudes mediante las cuales el hombre ve a Dios, que “*sabio*” es el verdadero (221 v.b) imitador de la Virgen y que “*cabeza*” se refiere a la Virgen, como ya se ha dicho. “*Su (cabeza)*” se refiere al fiel. El sentido de todo esto es, por tanto, el siguiente: las virtudes, gracias a las cuales uno se convierte en sabio, están en su cabeza, que es la Virgen.

Consequenter probabis tertium membrum, quod est “dignitas”, etc, probando auctoritatibus et originalibus, quomodo propter virtutes in nobis diffusas per Beatam Virginem et in se retentas ad sui perfectionis ornamentum,

“fuit regaliter ditata,  
quia super omnes angelos coronata”.

Et in fine claude processum istius tertiae partis per istam auctoritatem, vel similem, concorditer ductam: *Immortalis enim est memoria illius, quoniam et apud Deum nota est, et apud homines. Cum praesens est, imitantur illam, et desiderant eam cum se eduxerit; et in perpetuum coronata triumphat* (Sap. 4, 1-2)<sup>1</sup>.

Et nota quod sub quolibet membro poteris facere distinctionem. Nam in primo poteris distinguere de “capite”:

“Caput aureum et pretiosum.  
Caput pulchrum et iocundosum.  
Caput firmum et vigorosum.”

De ly “*eius*”:

“Matris divinitatis.  
Matris castitatis.  
Matris sanctitatis.”

De ly “*corona*”:

“Perpetuissimae aeternitatis.  
Excellentissimae dignitatis.  
Stabilissimae firmitatis.”

Pro quibus leviter possunt auctoritates Scripturae reperiri. Et hoc de isto modo.

Circa quem modum nota quod modus modernus sic praemittit procedere per divisionem in suo sermone: duo vel tres vel quatuor contemplationes, sive exempla, sive articuli, sive praedicta, erint in nostro sermone, ad thema se habentia concorditer et correspondentem et ad partes eiusdem, et procedunt ad divisionem et ad partes eius. Et isti modi praemittendi et exponendi videtur noster pulchrior, etc.

---

<sup>1</sup> Sap 4,1-2: “melior est generatio cum claritate immortalitas est enim in memoria illius quoniam et apud Deum nota est et apud homines <sup>2</sup>cum praesens est imitantur illam et desiderant eam cum se duxerit et in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum praemium vincens”.

Consecuentemente se prueba entonces el tercer miembro, es decir “*una dignidad...*”, demostrando, mediante autoridades y originales, que gracias a las virtudes que la Virgen difundió sobre nosotros –y que ella misma retuvo para sí como adorno de su perfección–

*“como una reina fue enriquecida  
pues por encima de todos los ángeles fue coronada”.*

Finalmente se concluye el proceso de esta tercera parte con esta autoridad o una similar, convenientemente aducida: “*su memoria es inmortal, pues es conocida por Dios y por los hombres. Cuando está presente la imitan y la desean cuando se marcha; coronada por siempre, triunfará* (Sap 4, 1-2).

Es posible hacer una distinción partiendo de cualquiera de los miembros: En primer lugar en torno a “*cabeza*” se puede distinguir:

“Cabeza dorada y preciosa”  
“Cabeza bella y gozosa”  
“Cabeza firme y vigorosa”.

En torno a “*su (cabeza)*”:

“Madre de la divinidad”.  
“Madre de la castidad”.  
“Madre de la santidad”.

En torno a “*corona*”:

“De muy perpetua eternidad”.  
“De muy excelente dignidad”.  
“De muy firme estabilidad”.

Las autoridades de las Escrituras pueden comprobarse sin dificultad por medio de estas distinciones. Esto es lo que había que decir en torno a este tipo de introducción.

Acerca de la forma moderna de llevar a cabo esta introducción, vemos que se procede de antemano de una división en el sermón. Tendremos dos, tres o cuatro contemplaciones, ejemplos, artículos, cosas similares ya comentadas, etc... de forma que concuerden con el tema y se correspondan con sus partes. Todo ello desembocará en la división y sus partes. Este modo de proceder de antemano y de exponer nos parece más hermoso.

[I.4.8] *Sequitur octava species introductionis, quae fit per distinctionem*

Sequitur octava species introductionis, quae fit per distinctionem quae ordinatur isto modo: Accipe vocabulum (222 a) principale quod vis appropriare illi de quo vis praedicare, et forma tres rhythmos concordantes in summa cum auctoribus ex quibus extraxisti distinctionem, et probabis quodlibet baculum per suam auctoritatem, ut sic tota distinctio sit sufficienter probata. Isto facto, formabis unam propositionem per modum minoris, cuius subiectum erit illud de quo erit sermo, et praedicatum erit significationes membrorum distinctionis; et habebit illa minor tot partes quae habebat distinctio. Et probabis quamlibet partem per se, et ex hiis inferes thema. Et recte est similis introductio introductioni per syllogismum.

Exemplum in themate nostro: “*in capite eius corona*”. Dicas sic: reperio in Sacra Scriptura triplicem speciem coronae, nam est ibi:

“Corona congruitatis et rectitudinis,  
 quae ab omnibus est imitanda.  
 Corona felicitatis et pulchritudinis,  
 quae ab omnibus est appetenda.  
 Corona stabilitatis et firmitudinis,  
 quae ab electis est possidenda”.

Dixi, primo, quod est “corona congruitatis, etc”. Patet per apostolum, II<sup>o</sup> Ad Timotheum [4,8]: *De caetero reposita est mihi corona iustitiae*, etc.<sup>1</sup> Dixi, 2<sup>o</sup>, quod est ibi “corona felicitatis, etc.” Patet, Ezechielis, 16, 12: *Dedi circulos in auribus tuis, et coronam decoris in capite tuo*, etc.<sup>2</sup> Dixi, tertio, quod est ibi “corona stabilitatis, etc.”. Patet per apostolum, *Prima Petri*, 2<sup>o</sup> capitulo [5,4]: *Cum apparuerit princeps pastorum percipietis inmarcescibilem gloriae coronam*<sup>3</sup>. Ex quibus auctoritatibus, patet triplex species coronae.

Tunc proseguere formando quasi minorem, sic: Si gloriosam Assumptionem Beatae Mariae Virginis contemplari velitis, reperietis quod in eadem Assumptionem extitit coronata:

“Primo, corona congruae rectitudinis.  
 Secundo, corona felicitatis pulchritudinis.  
 Tertio, corona stabilis firmitudinis”.

Dixi, primo, quod Virgo Maria in sua Assumptione fuit coronata “corona congruae rectitudinis”. Patet, nam congruum fuit et iustissimum ut corpus suum non incineraretur, eo quod talis pena erat contrahentium originale peccatum; ideo talis praeservatio fuit corona iustitiae, et iuste data; de qua corona et corpore praeservato scribitur: *Gloria et* (222 b) *honore coronasti eum*, etc (Ps. 8,6)<sup>4</sup>. Hic antequam ducas auctoritatem finalem poteris te dilatare multum, iuxta exempla superius dicta.

<sup>1</sup> II Tim 4,8: “in reliquo reposita est mihi iustitiae corona quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex non solum autem mihi sed et his qui diligunt adventum eius”.

<sup>2</sup> Ez 16,12: “et dedi in aurem super os tuum et circulos auribus tuis et coronam decoris in capite tuo”.

<sup>3</sup> I Pt 5,4: “et cum apparuerit princeps pastorum percipietis inmarcescibilem gloriae coronam”.

<sup>4</sup> Ps. 8,6: “(iuxta LXX) minuisti eum paulo minus ab angelis gloria et honore coronasti eum”.

[I.4.8] *Introducción por distinción*

Se procede del siguiente modo: se toma una palabra (222 a) principal que se aproxime a aquella de la que se quiere predicar y se forman tres versos que rimen y concuerden todos ellos con las autoridades de las cuales extrajiste la distinción. Se prueba cualquiera de los versos por medio de su autoridad. De esta manera toda la distinción queda suficientemente demostrada. Una vez hecho esto, se forma una proposición con una premisa menor cuyo sujeto sea aquello de lo que trate el sermón y cuyo predicado lo constituyan las significaciones de los miembros de la distinción. La menor tendrá así tantas partes como tenga la distinción. A continuación se prueba cada parte por sí misma y a partir de éstas se infiere el tema. Este tipo de introducción es muy similar al que se hace por medio de un silogismo.

Encontramos un ejemplo de todo esto en el tema que estamos tratando: “*En su cabeza una corona*”. Es como si dijéramos lo siguiente: en la Sagrada Escritura encontramos tres tipos de corona, a saber:

*“Corona de apropiada entereza  
que por todos ha de ser imitada.  
Corona de feliz belleza,  
que por todos ha de ser deseada.  
Corona de estable firmeza  
que por los elegidos ha de ser tomada”.*

